

Andreas Daniel Habichhorst

**Programma qvo post discursum de Salariis-Proff. uti & Serenissimi Ducis
Mekelb. Regentis, Salaria Professorum Suorum Ducalium Clementissime nuper
augentis, Munificentia Lectiones Publicas Biblicas, qvibus Synopsis & Connexio
Biblicarum V.T. Historiarum, pro majori Scripturarum intellectu, per Tabulas &
Notas ... ad d. 7. Maji ... In Auditorio Domestico ...**

Rostochii: Typis Nicolai Schwiegerovii, [1703?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862525276>

Druck Freier  Zugang



MK-7975=



PROGRAMMA

qvo
post discursum

de

SALARIIIS-PROFF.

uti &

SERENISSIMI DUCIS MEKELB. REGENTIS,

SALARIA PROFESSORUM SUORUM DUCALIUM

Clementissimè nuper augmentis,

MUNIFICENTIA LECTIONES PUBLICAS BIBLICAS,

qvibus

SYNOPSIS & CONNEXIO BIBLICARUM V.T. HISTORIARUM,

pro majori Scripturarum intellectu,

per

TABULAS & NOTAS,

Varia Bibliorum V. T. dubia, scitu perqvam jucunda ac necessaria, solventes,
per astatem banc D. V. horā IX. mat. factō ad d. 7. Maii initio,

In Auditorio Domestico,

fideliter tradentur,

Indicit, ad easque

LECTISSIMOS S. THEOL. CONSECRANEOS


humanissimè invitat


ANDR.DAN.HABICHHORST,

S. Th. D. ejusque PP. & Seren. Ducis Mekl. Consiliarius Consist. nec non FCtis
Theol. & Collegii Ducalis totiusque Academij Senior hodieque Decanus.

Mrk - 79751 *

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Senat, Typogr.





SAlaria deberi Professoribus publicè
in Academia docentibus , publicâ
constitutione provisum est. Ita e-
nim Constantinus Imperator I. Medi-
cos 6. Cod. de Profess. & Medicis:
Mercedes etiam eius (Professoribus)
& salaria reddi jubemus , quo facilius ^{Lib. 10.}
studia liberalibus & memoratis artibus ^{Tit. 12.}
multos insituant. Cui Cæsareæ con-
stitutioni succurrit Papalis in Jure Canonico , & qvidem
in Clementinis capitulo i. de Magistris , ubi Clemens V.
Papa in fin. qvibus , inquit , in Romana Curia legentibus per ^{Lib. 5.}
sedem Apostolicam , in studiis verò Parisiensi , per Regem Fran-
cia : in Oxoniensi per Anglie , Scotie , Hibernie ac Wallie : in
Bononiensi per Italia : In Salamantino per Hispania Prelatos ,
Monasteria , capitula , conventus , collegia exempta & non ex-
empta & Ecclesiarum rectores , in stipendiis competentibus vo-
lumus provideri : Contributionis onere singulis juxta faculta-
tum exigentiam imponendo. Privilegiis & exemptionibus qui-
buscunque contrario nequam obstantibus , qvibus tamen
noluimus quoad alia prejudicium generari. Hactenus Im-
perator & Papa pro salariis Professorum in Academiis

) 2

legen-

legentium satis rectè. Academias enim sunt Ecclesiæ & Reip. seminaria, ex quibus & Ecclesiæ Doctores & Reip. prouident Gubernatores, Senatores, Judices & similes, sine quibus salva esse Respublica nequit. Proinde summa hī cura merito adhibetur, ne Ecclesia & Respublica neglectis Professoribus salariisqve subtractis detrimentum capiat. Salaria enim sunt quasi sanguis & vita docentium. Occidit qui illa denegat & subtrahit.

Eqvidem nonnulli existimant, ordinariis non opus esse salariis, eò quod ab Auditoribus quoque Studiosis præmia Professoribus exhibeantur. Sed objectio nauci est; Aliud enim salarium esse, & aliud didactrum, quis ignorat? Scilicet posterius pro privato & extraordinario offeratur studio: nec iniquum est inde præmium suppeteret, in quo laboratur. Hoc autem non attento nihilominus pro publicis quoque & ordinariis laboribus sufficiens constitutendum est salarium. Quid? quod multi ex Auditoribus Professorum satis ingratiti deprehenduntur. Multos quoque ingratissimos contra leges publicas ex Academia discedere, Professoribus non valedicentes, nec gratias agentes, nec honorarium offerentes, sic satis experimur. Sed tamen ab ingratis quoque Discipulis pro studio tali privato Doctores exigere honorarium posse tradit *Granovius* Lib^{to}. adl. 1 §. 4. & 5. ff. de extraord. cognit. n. 2. magnum enim, inquit Tit. 12. ille, non est, si Professores vicissim accipient, qua ad vite cuius necessitatem pariter ac tuendam dignitatem pertinent, cum discipulis conferunt ea que ad vitam attinent meliorem, cumque rem inastimabilem seminaverint, non in honeste laboris premium & honorarium ab ingratato postulant, cujus commodis insudarunt. Conf. Bardili Jcti Tubing. Disp. Inaug. de salariis, Resp. Hermano Suedero.

Si

Si verò etiam de quantitate & qualitate salariorum
qvæstio movetur, statuendum est, talia Professoribus
præstanta esse salary, qvæ non tantum ad vitæ necessa-
ria sufficere, sed & ad honorem illorum pertinere viden-
tur, ut eò facililùs ad munus illud viri præstantes do-
ctioresque allicantur. Argtm. l. 12. §. 3. ff. de admi- Lib. 26.
nistr. & periculo tut. Limnæus Tom. 3. Jur. publ. lib. 8. Tit. 7.
c. 3. n. 10. Laudanda hac in re Principum qvorundam &
Rerumpubl. munificentia est, qvæ ampla satis Professo-
ribus suis stipendia constituerunt. In multis tamen locis
Professores heu! naturam imitari coguntur, qvæ paucis
dicitur contenta. Inde non rarò fieri videmus, ut in fa-
ta concedentes, famam qvidem qvandoqve sibi, liberis
verò & Conjugibus utplurimum famam relinquant, præ-
sertim nostris temporibus, qvibus sanè mutato tempo-
rum feliciorum statu eò perventum est, ut etiam centum
imperiales, qvæ majora olim visa sunt stipendia, hodie
inter mediocria connumerari non mereantur, cum an-
nona & omnes propemodum expensæ in triplum excre-
verint. Qvod si ergo salary adeo sunt exigua, ut Pro-
fessores nec pro dignitate nec decenter munus sustinere
suum possint, Principis & Patronorum est, illa augere.
Paria enim sunt non habere salary & habere salary
minus sufficiens & incongruum. Imo & Principum &
Patronorum dignitati non congruit, sinere Officiales ac
Professores suos in paupertate vivere, sed eò potius in-
tentos esse decet, ut Officiales ac Professores, illis atqve
DEO & Ecclesiæ inservientes, qvotannis summam ali-
quam reponere in arca possint, qvâ vel suæ senectuti
vel posteritati consulant, ne post glorioſos labores egeni
cogantur exire, qvæ ultima verba Justiniani sunt l. per

Lib. 2. hanc legem 7. §. 4. C. de Advoc. diverorum Judicium.

Tit. 8. Nullus enim est tam vilis mercenarius dietim operas locans suas, qui præter, id quod in se suosque alenos impendit, nolit etiam mercedis partem superesse, quod ex Menochio inter alia allegat *Bardilus*, Jctus Tübing. in Disp. dictâ Inaug. de *salariis*.

Dignis ergo perpetuisque præconiis evehenda est Serenissimi Duci nostri Regentis DN. FRIDERICI WILHELMI, Academiæ hujus nostræ Patroni & Cancellarii Magnificentissimi, Principis ac Domini nostri longè clementissimi providentia & munificentia, laudandaque semper sunt saluberrima Dominorum Consiliariorum consilia, quibus tandem eò felicitatis res processit, ut Serenissimus post combinationem Ducatum Meklenburgensem, nempe Sverinensis & Gustroviensis, in honorem supremi rerum omnium Moderatoris, Regnorumque & Principatuum translatoris, & in Academiæ hujus suæ incrementum, & conseqventer Civitatis quoque hujus, jam Residentiæ suæ (ceuloqvuntur) commodum, clementissime & laudatissime nobis Professoribus suis Ducalibus, qui maximam partem huc usque per tot annos sufficienti salario destituimus, augmentum mille imperialium, quotannis inter nos distribuendorum, nuper constituisse decrevit: Antiquitus enim constituta nobis salario (quæ tunc temporis quidem majora sunt visa; nunc vero ne mediocrium quidem titulum merentur) tantopere defecerunt, ut Fiscus Collegii Ducalis nostri huic vel illi Professorum, qui fortè triginta annos & quod excurrit munere Professoris funguntur, plusquam bis mille thalerorum debent. Cumque etiam decretum ac promissum illud suum de augendo Professorum suorum salario, Serenissimus nuper-

rimē

rimè Mense Aprili, adeoqve brevi ante optatissimum in
hanc urbem adventum, (ubi jam per DEI gratiam Du-
calis sedes est) executioni dare perqvam clementer ex-
perit, non possumus non benignissimam Serenissimæ Cel-
litudinis suæ clementiam agnoscere, precibusqve DEUM
venerari qvotidianis, ut longævâ Serenissimum vitâ &
regiones ejus omni benedictione coronet, sperantes fore,
ut in cœteris qvoqve ad felicem Academiæ statum perti-
nentibus providere nobis paternè non gravetur.

Cum verò idem Serenissimus Dux noster in rescri-
pto qvoqve suo, qvo de salariis Professorum augendis
certiores Nos fecit, meritò abs nobis Professoribus suis
reqvirat, ut non tantum *Circulares* mox *Disputationes* per
omnes habeamus Facultates; sed præter has jure etiam
suo exigat, ut *Lectionibus publicis* Studiosæ juventuti præ-
cipueqve illis, qvi pretiosa qvorumdam Collegia argen-
to redimere non valent, sedulo & fideliter commodemus,
& officio qvisqve suo, ceu decet, fungatur, illudqve legibus
tam divinis qvam Cæsareis & Acad. statutis consentane-
um sit, facere non possumus, qvin mandati hujus ratio-
nem obsequentiissimi habeamus: Siqvidem & *Disputationes*
sic dictas *Circulares* propediem ordinur, Responden-
tibus Studiosis D. d. provisuri, ut maximam partem gra-
tis has habere Disputationes queant. Ad me qvod attinet,
cum DEO ad publicas qvoqve *lectiones* crastina luce, supe-
ratis qvibusdam impedimentis, hora IX. mat. qvæ mea
Senioris Theologi est, in statutis tam Acad. qvam FCtis
meæ antiquitus præstituta, & qvidem commoditatis er-
go in *Auditorio meo doméstico* revertar, & lepositis hac
vice commentationibus meis in classica V. T. Loca, partim
Articulos fidei probantia, partim iisdem ab Adversariis
perperam


perperam opposita , juxtaqve seriem locorum Theologorum, à B Königio observatam, disposita & hactenus ex fonte qvoad sensum & usum tam Topologicum qvam Homileticum superioribus annis à me exposita , præsenti æstate alia publicitus pro majori scripturarum V.T. intellectu proponam, qvæ Rubrica designat, ita ut materiam hanc ante hiemem , brevi post Michaelis diem , D. V. absolvam.

Cum verò Auditor excitet studium , publico hoc programmate Nobilissimos Dominos Studiolos ad frequentem sedulamqve auscultationem , qva decet humilitate invito , omnem daturus operam , ne temporis insumti qvemqva pœnitentia, nec ultra præfinitum tempus hæ lectiones Biblicæ protrahantur. Adeste frequentes DEOqve commendati feliciter valete ! PP. Rostochii,
Dominica Cantate , qvæ 6. Maii dies est, Anno 1703.



rimè Mense Aprili, adeoqve brevi ante optatissimum in
hanc urbem adventum, (ubi jam per DEI gratiam Du-
calis sedes est) executioni dare perqvam clementer cœ-
perit, non possumus non benignissimam Serenissimæ Cel-
fitudinis suæ clementiam agnoscere, precibusqve DEUM
venerari qvotidianis, ut longævâ Serenissimum vitâ &
jus omni benedictione coronet, sperantes fore,
is qvoqve ad felicem Academiæ statum perti-
rovidere nobis paternè non gravetur.

verò idem Serenissimus Dux noster in rescri-
pe suo, qvo de salariis Professorum augendis
Nos fecit, meritò abs nobis Professoribus suis
ut non tantum *Circulares* mox *Disputationes* per
beamus Facultates; sed præter has jure etiam
ut *Lectionibus publicis* Studioſæ juventuti præ-
lis, qvi pretiosa qvorudam Collegia argen-
te non valent, ſedulo & fideliter commodemus,
visqve ſuo,ceu decet, fungatur, illudqve legibus
qvam Cæſareis & Acad. statutis consentane-
ere non possumus, qvin mandati hujus ratio-
ventissimi habeamus: Siqvidem & *Disputationes*
Circulares propediem ordimur, Responden-
tis D. d. proviluri, ut maximam partem gra-
re *Disputationes* qveant. Ad me qvod attinet,
ad publicas qvoqve *lectiones* crastina luce, ſupe-
ſdam impedimentis, hora IX. mat. qvæ mea
neologi eſt, in statutis tam Acad. qvam FCtis
vitus præstituta, & qvidem commoditatis er-
rorio meo domēſtico revertar, & lepoſitis hac
entationibus meis in classica V. T. Loca, partim
dei probantia, partim iisdem ab Adverſariis
perperam



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0311

Image Engineering